

38

Nullus est beatus nec bonus nisi volens. tercio ethicoz.
Non parum differt sic vel sic assuesci a iuuentute immo
multum. tercio ethicoz.
Nullus vult viuere sine amicis hñs reliqua bona. viij. eth.
Ne lucifer nec vesperus est ita mirabilis sicut iusticia.
quinto ethicoz.
Non facile est ex antiqua consuetudine omnes transferre
ad sermones. decimo ethicoz.
Natura nõ facit vnũ instrumētũ nisi ad vnũ op⁹. i. politi.
Nullũ aialũ a natura habet sermonẽ nisi hõ. pmo politi.
Natura facit omnia animalia ppter hoĩem. pmo politi.
Non idem est bonus vir et bonus ciuis. tercio politi.
Non contingit eum bene principare qui nunq̃ sub prin/
cipe fuit ibidem
Non solum oportet policiam a principio instaurare. Sed
etiam oportet ipsum corrigere. quarto politico.
Nobilitas et virtus in paucis inueniuntur quia nobiles
et boni sunt pauci. quinto politico.
Nullus manũ mutat ad impossibilia. quinto politico.
Non defacili potest inuadi qui est sobrius. Sed qui est
ebrius nec qui est vigilans sed qui est dormiens qua ppter
principes vt non inuadi possunt ebrietatẽ et somnũ multum
debent euitare. quinto politico.
Non facile est ciuitatem sine legibus ⁊ consuetudinibus
permanere. sexto politico.
Necessẽ ẽ futurũ principẽ subditum fuisse. viij. politico.
Non possibile est policiam esse optimam sine moderata
habundantia ibidem
Non solum erudiendi sunt pueri in arte vtili et necessaria
sed etiam in artibus liberalibus. viij. ibidem
Noli peniteri de re preterita quia illud ẽ pprium debiliũ.
Seneca in de regimine principum
Nimia familiaritas contemptũ parit ibidẽ in libro se.
Nobilissimũ aialium est homo ibidem
Nõ q̃ paz hz paup ẽs q̃ plus cupit Seneca ad lucillum
Nemo ẽ dign⁹ deo nisi qui op⁹ dei implet. Se. ad lucil.
G iij